



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 87. Calatravensis Magisterii administratio Ferdinando a Pontifice concessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

**Sacul. XV.**  
A.C. 1488.

§. LXXXVII.

*Calatravensis Magisterii administratio Ferdinando a Pontifice concessa.*

*Marian. hist.* Anno millesimo quadrageentesimo octo-  
*Hisp. l. 25.* gesimo sexto, Magno Ordinis milita-

*L. 13*

*Surita An-*  
*nat. c. 81.*

ris Calatravæ Magistro satis functo, Equites de novo Successore delibera-  
bant; verum inopinato Ferdinandus at-  
que Isabella eisdem exhibent Innocentii  
VIII. diploma, quo summus Pontifex ad  
Magisterium, quod vacabat, nominandi  
jus sibi reservabat, illiusque administra-  
tionem Ferdinando Regi ad dies vitæ in-  
dulgebat; cum enim idem Rex, ejus-  
que Coniux lapsu temporis Pontifici ex-  
posuissent, quod ferme immensas fecis-  
sent expensas ob bellum adversus Mau-  
ros suscepimus, supremi vero Ordinum  
militarium Magistri ex Regis ditionibus  
amplissimos proventus possiderent, &  
quilibet eorum plusquam centena aureo-  
rum millia perciperet, ac insuper Pro-  
ceres pro aucupandis hisce dignitatibus  
ad illicitas artes recurrerent, indeque in-  
gentes tumultus ac bella civilia exori-  
rentur, hinc omnibus hisce mature per-  
pensis summus Pontifex Regis precibus  
annuit, Ordinumque militarium Calatra-  
væ, S. Jacobi, & Alcantaræ supremi Ma-

gistra-

gistratus honorem opesque perpetuo Sæcul. XV.  
jure Hispaniæ Regibus contulit: Plena A. C. 1488.  
tamen eorum possesso nonnisi Anno mil-  
lesimo quingentesimo adhibitis omnibus  
solemnitatibus stabilita est.

### §. LXXXVIII.

#### *Bellum adversus Mauros a Ferdinando continuatum.*

Nec inanis erat Ferdinandi obtentus;  
quippe indefesso Religionis ardore Marian. ib.  
Surita An-  
bellum contra Mauros urgebat. Hoc nal. l. 20. c.  
etiam anno Orientis plagas longe vali- 65. & 66.  
diori, quam hucusque fecit, exercitu in-  
vasit, ac primo Bastam, seu Bacam  
munitissimum totius Granatensis regni  
oppidum cinxit, demumque post diutur-  
nos obsidionis labores expugnavit. Hu-  
jus urbis jactura territus Juvenis Regis  
Patruus cum Ferdinando atque Isabella  
concordiam inire animo constituit, mis-  
sisque ad eos Legatis Almeriam, Guadi-  
cem, ceterasque omnes urbes imperio  
suo subjectas obtulit, unice deposcens, ut  
de annua pensione suæ dignitatis, qua a-  
pud Mauros fruebatur, eminentiæ con-  
grua sibi provisum esset. Annuit petito  
Ferdinandus: Muleyus vero omnes sibi  
proprias urbes eidem integra fide cessit.  
Hic etiam aliquo post tempore a Rege  
efflagitabat, ut sibi integrum esset, cum

A a 5                omni-